Inuisus tamen omnib; uigebat.
Luxurię nero seuientis.
Sed quondam dabat inprob; uerendis
Patrib; indecores curules.
Quis illos igitur putet beatos
Quos miseri tribuunt honores.

Qui se uolet esse potentem — III 5.
Animos domet ille feroces
Nec uicta libidine colla
Foedis submittat habenis (frenis)
Etenim licet indica longe
Tellus tua iura tremescat
Et seruiat ultima thyle
Tamen atras pellere curas
Miserasq; fugare querelas
Non posse potentia non est.

Omne hominum genus in terris — III 6.
Simili surgit ab ortu.
Unus enim rerum pater est
Unus cuncta ministrat
Ille dedit phoebo radios
Dedit et cornua lunę
Ille homines etiā terris
Dedit ut sidera celo

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 8v – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48822)